

QUESTIO V.

Quare Christus sederit?

31. **A**scendit Dominus in montem, sedet, & aperiens os suum docet discipulos suos. **August.** Cur non stans docet, sed sedens? Respondet primò D. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte: *Sedens autem docet, quod serinet ad dignitatem magistrerii.* Et ita morem fuisse magistris, sedendo, docere, colligitur ex *Matthæo 23. num. 59. Luc. 4. n. 20. Joan. 8. num. 2.* Quam usitatam consuetudinem Christus Dominus noluit contemnere; sed servare. Causam autem hujus consuetudinis explicat Albertus Magnus Nam stans laborat, & est cum fatigatione corporis; vadens, & deambulans instabilis est; jacens autem est inordinatus, & caput sursum non potest porrigere, & grossi spiritus in eo multiplicantur: sedens autem est animus plenus, & mansus ad meditandum. Et ita ait Aristoteles 7. Physicorum, *In sedendo, & quiescendo fit anima sciens, & prudens Ecclesiast. 11. n. 1. Sapientia humilitati exaltabit caput illius, & in medio magnarum condelevit illum faciet.*

32. **Hieronymus.** Dominus Ascendit ad montem, & sequuntur discipuli: quibus & ipsis non stans, sed sedens, & contractus loquitur: non enim intelligere poterant in sua majestate fulgentem. Similiter Aymon. *S. S. Dei humilitatem Incarnationis ejus designat, qui enim sedet, contracta videtur habere membra, Dominus enim, quando ab initio in deitate Patris invisibilis mansit, nequaquam turbata multa ad eum accesserunt, postquam tamen humilitatis semetipsum Patri obediens, accesserunt discipuli ejus. Idem habet D. Thom. Sessio humilitatem significat. Tu cognovisti sessionem meam, Psal. 138. n. 2. Quando Dominus erat in sublimitate suæ majestatis, ejus admirabilis doctrina non poterat apprehendi: sed tunc ceperunt homines capere, cum se dominus humiliavit, ac contractus ad nostram infirmitatem condescendit; tunc accesserunt homines, ut ejus doctrinam caperent, & intelligerent. Vide cap. 2. n. 54. & c. 3. n. 26. & 7. n. 71.*

33. **Matth. 20.** Ascendit Dominus in montem, & sedet. Paucha quies, quæ post perfectum laborem venit. Sedit Dominus in monte in cathedra magistrerii, sed prius laboravit ascendendo. Qui laborat, ascendat, & sedeat in Cathedra magistrerii. Dum petit molier Zebedæi pro filiis cathedras, dixit eis Christus: *Nescitis quid petatis, Matth. 20. n. 22.* Et tamen ipsismet filii Dominus cathedras promittit, Apostolis suis ait Dominus: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israël, Matth. 19. n. 20.* Si eis promittuntur cathedra, quomodo mater appellatur nesciens, dum eas petit: Mater exprobat filii cathedras, antequam calicem Domini biberent; Christus autem eas promittebat illis, qui relictis omnibus eum fuerant secuti. Rabanus *Nesciebant quid peterent, quia sedem gloriæ à Domino, quem nondum merebantur inquirunt. Dolebat eos culmen honoris sed prius habebant exercere viam laboris.*

34. **Psal. 10.** Quare Sedens æternitatis est, Dominus in calo sedes ejus, Psal. 10. num. 5. Et Christus sederit

ad dexteram Patris, *Marc. 1. num. 20.* Et Sancti confitentur in cœlestibus in Christo Jesu *Ad E. hes. 2. n. 6.* Sedit Dominus hic dum suam legem promulgat, per quod indicat æternam futuram, & in æternum duraturam: *Ecco vobiscum sum omnibus diebus usque ad finem sæculi.* At lex Moysi data est in transitu, per quod significabatur, quod lex illa esset transitoria, siquidem finem suum habuit in Christo. Et in Synagoga Deus non sedebat, sed stabat: *Deus stetit in Synagoga Deorum, Psal. 81. n. 1.* Et si aliquando dicitur Deus sedere in lege veteri, sedebat Dominus super Cherubim, *Psal. 98. numero 1.* Cherub autem habet alas ad volandum, non quiescendum. Quintò Abulensis *quasi. 9.* Sedit Dominus ad assignandam quandam maturitatem & digestionem in lege illa; quia ad tradendam legem, & præcepta, magna consideratio, ac animi maturitas requiritur. Et ita innovatur in principio VI. Decretalium, *Hanc codicem cum magna maturitate digestum.* Hæc autem maturitas significatur in sessione. Et ideo Judex sedendo jubetur sententiam proferre.

35. **Sextò,** Sedit Dominus in terra, & in humo; in quo magnam humilitatem declarat; in ipso enim honore magistrerii voluit formam humilitatis servare: sed ex hoc nihil exoritur dubium, quare Dominus, dum suis promittit beatitudinem, regnum cælorum, in ipsam terram, & suis discipulis magna, & præclara annunciat, quod sint sal terræ, lux mundi, civitas supra montem posita: ipse tamen in tanta humilitate, ac abiectione se exhibet, ut humi sedeat, formam humilitatis præferens, ut supra dixi ex D. Hieronymo Haymone, D. Thoma. Multum enim conducit, quod ille, qui magna pollicetur, in præcella sit sublimitate; nam ex ipsa majestate, & amplitudine spes redditur firma & certa, quod obtinere valeat id quod affert. Quomodo ergo Christus cum promittat tantam, in tanta est humilitate; Solus ille, qui eam animi habet generositatem, ut thronos, sublines cathedras, omniaque contemnat, multa aliis elargiri valet; nam qui omnia sibi procurat, nihil in alios distillabit, sed præoccupabit, ut omnia omnibus officiis, & bonis impinguecat, ac repleatur.

36. **De magno parente** Elia ait Ecclesiast. cap. 48. num. 8. *Qui ungit Reges ad penitentiam, & Prophetas facies successores post se.* Elia unxit Hizeel Regem super Syriam, & Jehu Regem super Israël, 3. Reg. 19. num. 21. Et unxit Eliseum in Prophetam *ibid. num. 26.* Et etiam unxit Jonam in Prophetam, ut citatum locum Ecclesiastici notant Lyranus, & Carthusianus. Sed unde Elias tantam promeruit excellentiam, ut Reges, & Prophetas ungeret, ac eos Dei mandato ad tam sublimem dignitatem designaret? De Elia ait D. Chrysostomus hom. 2. ad populum Antiochen. ad finem. *Ita vanitatem condemnavit, & tanquam lutum projectum aurum omne despicit, ut præter amicum illum, nihil amplius possideret. Meritò iste tantus, & talis eligitur ad unguendos Reges, & Prophetas; qui tanta animi generositate præstantiaque pollebat, ut omnia contemneret, & præter humilem melotem, qua operiebatur, nihil haberet. Valde aptissimus sanè, ut culmina Regum, ac Prophetarum per alios unguendo distribuatur; & alios in Reges, ac Prophetas designet.*

Deus, non in Synagoga sed in Ecclesia Catholica sedet.

In diebus humilitatis.

Hieron. Haymone. D. Thom.

Qui magnam contemnit, multa vultis dare vobis.

Lyran. Carthus.

Magnus spiritum contemtor, optima ad largiendum.

37. **Ambrosius** nil aliis vult elargiri.

Luc. 15.

Chrysol.

Cyp.

At verò qui omnia sibi cupit, nil aliis patitur elargiri, ac dari. Postquam junior frater venit è regione longinqua, magna est in domo patris exceptus læticia. Quod cum audisset senior frater, *Insignans autem volebat introire, Luc. 15. n. 28.* Cur non ingreditur, sed foris stat? Ipse præ sua ambitione totam paternam domum præoccupare volebat, & impatiens erat, quòd alteri in ea locus concederetur, id enim à se ablatum, & ereptum reputabat. D. Chrysologus *serm. 4. Et quando invidus non avarus, quando quidquid habet alter, se computat perdidisse.* Duo fuerunt fratres, qui Romæ fundamenta dederunt; imperandi tamen ambitione unus alterum interfecit. Unde eleganter ait D. Cyprianus lib. de Idololatriæ varitate. *Romanos geminos unum non capis regnum, quo unum uteri cepit hospitium.*

qui ascendit, & est in ascensu, ac supereminenti loco, multi sunt, qui ad eum accedunt, ipsam que cingunt. Illud tamen hic est maxime ponderandum, quod Evangelista non ait, quod discipuli accesserint ad Christum, dum ascenderet, ac esse in itinere ad montem, sed dum sederit: *quem sedisset, accesserunt.* Discipuli erant pro tunc imperfecti, & ad proprias commoditates intenti, ideoque ipsum Dominum non concomitantur in labore, & itinere, sed in requie, & sessione. At postquam sunt divini Spiritus gratia expoliti, virtutum nitore condecorati per cruceas, labores, ac pressuras Christum sequuntur, gaudentes: *Cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, gaude, & exultate, infra num. 12.* Nam amor imperfectus, non te, sed sua querit. At perfectus, non ad proprias commoditates, sed ad personam directe rapitur, totoque tendit affectu, ob bonitatem, quam in ea videt, & agno cit.

Audita morte Saulis, & Jonathæ, eos David maxime lamentatur, dicens: *Elia Israël super Saul stete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui preparabat ornamenta aurea cultui vestro.* Et ita tunc ad Jonatham sermonem vertens, ait: *Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum, 2. Reg. 1. n. 26.* Excitavit David ad planctum filias Israël pro morte Saulis, & se ipsum pro morte Jonathæ. Sed filias Israël proponit multa bona, quæ è manu Saul accipiebant, vestes coccineas pretiosas, & ornamenta aurea. At de se ipso erga Jonatham nil tale commemorat, Foritan è memoria David excidit, quomodo Jonathas expoliavit se tunica, qua erat indutus, & deit eam David, & reliqua vestimenta, usque ad gladium, & arcum suum, & usque ad balteum, 2. Reg. 18. n. 4. Cur ergo sicut Israël puellis objicit: Vestes Saul acceptas, tibi etiam vestimenta à Jonatha data non proponit; sed tantum ait: *Doleo super te frater mi, &c.* Magnum interiacet discrimen inter utrumque amorem; nam amor filiarum Israël in Saulem, cum esset debilis, & imperfectus, non considerabat tantum Regis personam, quantum proprias commoditates, & affluentias bonorum amillas ut eas lachrymis prolequeretur; at Davidis amor cum esset charitate fervidus, & tra-

Amor imperfectus non te, sed suas sequitur commoditates.

QUESTIO VI.

Quare, cum Dominus sedet, discipuli accedunt?

38. **August.**

39. **Bernard.**

Psal. 138.

Dominus humiliavit se, ut nos ad ipsum accedere possimus.

40. **Bernard.** Ille verò accedit ad Deum, qui affectu, ac imitatio virtutum accedit.

41. **Cum quis in sublimi est, ad eum multi accedunt.**

In quæstionem ponimus: Cur Apostoli non dicuntur accessisse ad Dominum, nisi postquam ipse sedit? Respondet primò D. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte. *Accedunt ad eum discipuli ejus, ut audiendis illius verbis, hi essent etiam corpore viciniore, qui præceptis adimplendis etiam animo propinquabant.* Volebat Dominus incipere hanc admirabilem concionem; ideo discipuli accedunt, tanquam celestis doctrinæ avidiores, ut melius audirent. Deinde, quia erant, loci, ac intimè familiares Domini, in ejusque verlabantur schola, & ideo, quia propinquiores erant animo, conveniens erat, ut & essent corpore propinquiores. Valde enim decet, ut exterior apparentia interiorum imitetur, ac sequatur affectum.

Secundò D. Bernardus *serm. de omnibus Sanctis. Cum sedisset, inquit, alogum quis ad excelsum illum gigantem posset accedere? Benignissime pro fus inclinavit se, & exinanivit usque ad sessionem, ut dicat Patri: Tu cognovisti sessionem meam. Psal. 138. Sedit enim, ut ad eum, quem ne ipsi quidem Angeli stantem attingere poterant, etiam publicani, & peccatores accedant.* Non accedunt homines, nisi postquam Dominus sedit; nam quando Dominus in suæ majestatis stabat celsitudine, nec Angeli ipsum attingere valebant. At postquam se Dominus exinanivit, ac humiliavit, quòd sessio denotat, ut dixi superiori quæst. tunc non solum discipuli, sed etiam publicani, & peccatores accedunt.

Tertiò idem D. Bernardus citato loco. *Discipuli, inquit, accesserunt, non tam incessu pedum, quam affectu cordis, ac imitatione virtutum.* Non turbæ dicuntur accessisse, sed discipuli: ad Deum enim accedere dicitur, non qui corpore appropinquat, sed qui per imitationem virtutum appropinquatur ad eum. Parum prodest ingressus ad Ecclesiam, vel ad Religionem, si amor voluntatis, propensio animæ longe est à Deo. Accede ergo affectu, ut Deum merearis habere.

Quartò Ascendit Dominus in montem, eratum enim illius eminenti loco; & tunc accedunt discipuli, Res satis usitata in hoc sæculo, dum

42. **Reg. 1.**

3. **Reg. 18.**

Amor imperfectus tendit ad sua, non ad te, perfectus vero è contr.

Abulens.

QUESTIO VII.

Quare lex Moysi datur populo in campetribus commorante: lex verò Evangelica proferatur discipulis, & turbis in monte stantibus.

Cum Deus daret legem Moysi, totus populus erat in campetribus: imo prohibi-

43.

Difficultas.

44. Abulens.

Cum iis conver-
sandum, qui
nobis sciunt
dare reve-
rentiam.

45. Chromat.

De clemen-
gor. remo-
ventur in-
digni, ubi
gratia voca-
tur omnes.

46. Greg. Mag.

Relinquenda
terrena, ut
percipiatur
caelestia.

tum est populo, in montem ascendere. Exod. 19. n. 29. At cum Christus Dominus hic suam legem daret, discipuli simul erant in monte, ut aperte constat ex eo, quod sedente Domino in monte, discipuli accesserunt ad eum, & quod turbæ hunc sermonem audierint, manifeste patet ex *Matth. 7. v. 28.*

Respondeo ad quæstionem. Primum ex his, quæ docet Abulensis citato cap. 19. quæst. 7. quod Dominus noluit, ut Hebræi accederent in montem, & ad ipsum Dominum appropinquarent, quia erant adhuc rudes ad reverentiam, & cultum Domini. At verò discipuli Christi, & turbæ, quæ ipsum sequantur, in quibus populus Christianus exprimebatur, cum essent apprime edocti, ac illuminati in reverentia, ac timore Domini; & ita dicebat Petrus: *Domine exi a me, quia homo peccator sum*, Luc. 9. n. 8. essentque ei maxime familiares, ac amici, eos adducit Christus secum in montem. Hebræi, qui erant rudes in reverentia, & timore Domini in valle jobentur detineri, ne in montem ascendant, in quo Dominus apparet. Magnum documentum nobis datur, ut eos habeamus nobiscum, & cum iis conferamus sermonem, qui edocti sint, & perspicaces in reverentia, ac veneratione nobis debita impendenda.

Secundò: Chromatius in cap. 5. *Matth. Cum lex daretur, iuxta montem populus prohibebatur ac edere; nunc Domino dicente, in monte nemo prohibetur: imò potius omnes invitantur, ut audiant, quia in lege severitas est, in Evangelio gratia: illic terror incredulis incutitur; hic credentibus benedictionis munus infunditur.* Olim prohibebatur populus montem ascendere; nunc verò omnes invitantur, ac alliciuntur à Domino. Olim, cum populus esset incredulus, ne pena multaretur, Exod. 19. nam. 12. timor ei incutitur, ac ascensus montis interdicitur: tunc verò fideles ad montem provocantur, ubi gratia, & benedictionum largitas in credentes præparatur: *Beati Pauperes: Beati mites, &c.* M. ra Dei clementia, & bonitas; ubi poena, & supplicii rigor, remouentur indigni, ne illo puniti torqueantur, ubi gratia, & benedictio, omnes advocantur, ut illi impinguati nobilitentur, ac condecorentur.

Tertio D. Gregorius Magnus homil. 12. super Ezechielem. *Carnalis, ait, Israëlitis populo descendente de monte, Moysi lex in campis datur; & sanctis Apostolis Dominus in monte sedens, summa, & spiritualia præcepta locutus est; ut ex locis videlicet monstraretur; quia & illis, tanquam carnalibus, mandata minima dabantur in valle terrarum, & isti, tanquam spirituales, & sancti in monte mandata caelestia audierunt: quatenus aperte monstraretur, quod ascendentes corde ad caelestia, infirma mundi relinquerent, & in montis culmine starent.* Et ferè similia habet lib. 2. moral. cap. 2.

Lex datur populo Israëlito in valle stanti; nam ut populus carnalis, ac terrenis rebus depresso, atque detentus, ad montem, ac cacumen perfectionis non valerit conscendere, nec maxima præcepta audire, sed minima. At sancti Apostoli, in quibus erat populus Christianus, dimissis terrenis tanquam spiritualibus, ad superna ac caelestia volant, infirma mundi relinquentes, tota mente ad Deum diriguntur, ac fastigium virtutum conscendunt, ut maximis præceptis, & documentis instruantur

Cum Jacob iter ageret in Mesopotamiam, & devenisset in quandam locum, in quo dormivit, Genes. 28. *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens calos, & Dominum in mixtum Apoc. 4. scala dicentem, sibi, &c. Genes. 28. nam. 12.*

Joannes in sua Apocalypsi ait: *Ecce ostium apertum in calo; & vox prima, quam audivi, tanquam turba loquentis mecum dicens: Ascende huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc, Apoc. 4. num. 1.* Compono modò inter se Jacob, & Joannem. Jacob dormiens in terra vidit cælum apertum, & Dominum loquentem sibi multa. At Joannes, ut videat, & audiat mysteria, ei dicitur: *Ascende huc, id est, in cælum.* Nonquid Jacob perfectior est Joanne, siquidem ille inhærens terræ, in qua dormiebat, caelestia penetrat; & Joanni necesse est, à terra exire, & ad cælum volare? Imò, quia Joannes multo perfectior, ei mandatur ascendere in cælum. In Jacob totus populus Israëliticus præfigurabatur, cum in ejus lumbis esset & populus ille carnalis terrenis rebus inhærens, ac in eis jacens, non poterat ad caelestia evolare, sed tantum per umbram, & somnium aliqua minora attingere. Ubi nos habemus, *Vidit in somnis, Septuaginta legunt, somniavit; & ea, quæ ei aperiuntur, multa ex parte ad temporalia, ejusque generationem pertinebant: Erit semen tuum, quasi pulvis terræ, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, &c.* At Joannes, tanquam spiritualis in quo populus Christianus adumbratur, ut ibi advertunt Ansbertus, & Primasius, mandatur cælum ascendere, ut relictis terrenis ad cælum totus feratur, ut altissima ibi profundaque mysteria ad Christum, ac ejus divinitatem, ac sanctissimam Trinitatem spectantia perpicacibus oculis videat, & contempletur. D. Ambrosius: *Ascende huc, id est, terrena desere, & ad caelestia animum erige. Si sursum cor evertis, id est, Christum fide secutus fueris, ea, quæ doceo, & quæ ventura sunt etiam ipso docente, facile cognoscere poteris.*

Septuag.

Ansbert. Primas.

Ambros.

Multum per omnem modum conducit, ut animus sit vacuus à rebus terrenis, ut divinis impleatur. Ait Regius vates Psalm. 45. num. 11. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Ut videant te, & agnoscant, quod eis mandas. Vacate, id est, vacui estote à rebus temporalibus; nec enim qui humanis est plenus, divinis impleri potest. Ita ait Brunonius: *Vacate à mundanis.* Et D. Remigius: *Vacate, id est, vacui estote, unde pleni estis, implemini, unde vacui estis. Quasi dicat: Evacuate saccos vestros palea, & implete eos granis, & sic videte quoniam ego sum Deus.*

QUÆSTIO VIII.

Quare lex in monte Sina datur in majestate: hic verò Christiana lex humilitate, & clementia proferatur?

Lex Evangelica, ut optime observat hic Cajetanus, non tradita est, sicut Moisaica; non solù, quia hæc per Angelos, & cum terroribus; illa verò per ipsum Jesum proprio ore, & sedendo: sed etiam, quia lex Moisaica uni populo data

47.

Ut Magna mysteria videri, terrena relinque, calum conscende.

Septuag.

Ansbert. Primas.

Ambros.

48.

Psalm. 45. Vacate à terrenis, ut caelestibus impleamini.

Remig.

49.

Cajet.

Differentia inter legem veterem, & Evangelicam.

50. Anselm.

In lege veteri terror, in nova benignitas.

Benignitas maxime ad vincenda corda.

51. Leo.

Joan. 15. Jeren. D. Thom. Hugo. Toler.

Amici benignitate trahuntur.

Theodor.

data fuit, & propterea toti populo Israël congregate, hæc autem toti mundo datur, & idè non populo Israël congregato, sed discipulis doctoris universum mundum promulgatur. Hic autem in quæstionem vocamus: Cur illa lex antiqua tradita est in multa majestate; nam, cum Dominus descenderet ad Moysen, nubes operuerunt montem, fumus globorosa caligine ascendit, fulgor coruscavit, ronnitrua perstreperunt, & clangor buccinæ insonuit, Exod. 19. Cum verò lex Evangelica hic eructatur, omnia humilitatem, mansuetudinem, ac clementiam exhalant, Dominus sedet humi cum discipulis, & turbis, caelestis beatitudo multis proponitur, & promittitur.

Respondet primò D. Anselmus. *Alia lex, ait, data est in terrore, quia furus, & turba, & procella fuerunt circa montem; in datione verò novi Testamenti nihil horum, sed totum in tranquillitate fuit factum; ut doceret, hanc legem non timore, sed amore complendam esse. Alia lex scripta est in lapidibus; ista in cordibus. Sic enim dicitur ad Hebræos 8. num. 10. Hic est testamentum, quod disponam domui Israël post dies illos dicit Dominus, dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas.* Vetus Testamentum traditum est cum terrore, & timore scribebatur in lapidibus. At novum Testamentum cum multa benignitate, & clementia proferitur: scribendum erat in cordibus, & in mente nostra. Hominum corda traduntur, nec devincuntur terrore, & timore, sed amore & favore: nam si aliquem formidine, ac minis cogèris, se tibi subjctum corpore, manibus, ac vultu exhibet, cor tamen est longè à te: at verò si aliquem benignitate, & favore prosequeris, facillimè ejus mentem tibi adstrictam, & devictam reddis. Vide lib. 3. s. n. 50.

Secundò D. Leo ferm. de omnibus Sanctis. *Qui locutus fuerat Moysi, ait, locutus est Apostolis, & in cordibus discipulorum velox scribens verbi manus novi Testamenti verba condabat, nulla, ut quondam, circumfusa nubium crassitudine neque per terribiles sonos, atque fulgures populo ab accessu montis absterito, sed patente ad aures circumstantium tranquillitate colloqui, ut per gratia lenitatem removeretur legis asperitas, & spiritus adoptionis auferret formidinem servitutis.* Volebat Dominus removere legis asperitatem spiritu adoptionis, idè totus in hac lege Christiana se exhibet in lenitate, ac mansuetudine; ut his lucem præferat; accipe verba Christi Domini suis discipulis dicentis, *Iam non dicam vos servos, vos autem dixi amicos, Joan. 15. n. 15.* Ut rectè explicat D. Irenæus lib. 4. c. 27. D. Thomas, Hugo, Toletus, & alii. Olim homines erant quasi servi servitute legis, nunc autem facti sunt liberi, & amici sub Christo principe. Antiquitus lex ipsa datur in tanta majestate, & prodigiis, quia homines, tanquam servi, terrore, & formidine compellebantur ad obsequium; nunc autem, cum se habeant homines, ut amici ac familiares, cum eis agitur humilitate, ac mansuetudine, quibus amici tractandi sunt atque trahendi. Theodoretus homil. 1. de nativitate Christi, habita in Concil. Ephesin. ait: *Deus blandè accedit, non enim per asperitatem hominis naturam, illum absterit; sed persone humilitate ad familiaritatem, & amicitiam voca t.*

Tertio Præcepta quæ data sunt populo Christiano, multò majora, & graviora erant quàm illa, quæ sunt exhibitæ Israëlitis, ut notant D. August. Augustinus lib. 1. de ferm. Domini in monte. Nazianz. *Magna sunt, non majestate, sed benignitate.* Quarto. Dominus erat in tanta majestate, dum lex antiqua daretur; & non solum ipse Moyses erat operatus caligine montis; Exod. 19. num. 16. verum etiam ipse Dominus erat Moyses: *Ostende mihi faciam tuam.* Exod. 33. n. 13. Per quod significabatur quòd lex tota illa erat involuta ombris, & figuris; & quod ad visionem legislatoris non afferret. At, cum Christus dat suam legem, manifesta facie ab omnibus videtur. Per quod ostenditur, legem Christianam claram; & plenam esse; ac ad Dei visionem suos observatores perducere.

Quinto. Lex illa antiqua magno strepitu, terrore, ac timore proferitur; lex autem Christi magna benignitate, ac clementia. In illa antiqua lege vitia, & peccata prohibita declarabantur: *Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium;* Exod. 20. num. 26. At in hac lege nova eximia virtutes erant persuadendæ. *Beati pauperes spiritu, beati qui lugent, beati misericordes, beati qui persecutionem patiuntur.* Ad peccata, & vitia removenda supplicii timor, atque tremor vehementer exigitur; ad alliciendum autem, ac virtutem sectandam favor & benignitas maxime exoptatur.

Ait Dominus in sermone Luc. 6. n. 1. *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.* Beati qui esuritis, quia saturabimini. Et statim post benedictiones, inquit: *Va vobis divitibus, va vobis qui saturati estis, quia esurietis.* Sed cur Dominus tam benignus, & magnificus in largiendis benedictionibus, & statim tam rigides in proferendo contra divites, saturatos, & opulentos? Erat rotus meus Jesus intentus, ut homines attraheret ad virtutes, ad pauperitatem, lachrymas, & perfectiones sustinendas; & ut homines removeret à peccatis, & vitis & idè in justos benedictiones, & gaudia proferret, ut illis inviterentur; in peccatoribus verò suppliciorum jacula retorqueret, ut illi deterriti suam pravam viam deserant. Eleganter Tertullianus lib. 4. in Marconem. *U: quia promiserat in benedictionibus benignitatem, subiceret etiam in maledictionibus severitatem, amplitudinem disciplina utriusque instrueret, tam ad benedictionem sectandam quàm ad maledictionem præcavendam.*

Misatur Elias Israëlitis cælum interclusum, ploviam prohibitam: *Vivit Dominus, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi juxta oris mei verba.* 3. Reg. 18. num. 1. Et ad quinquagenarium principem, qui imperiosè vocabat eum ad Regem: *Si homo Dei sum, descendet ignis de calo, & devoret te, & quinquaginta tuos.* 4. Reg. 1. n. 10. Cum tamen ipse Propheta famelicus venisset in Sarepta ad mulierem viduam, quæ tantum habebat parum farinae in hydria, & olei in lecytho; ab ea petit panem, ait: *Hydria farina non deficiet, nec lecythus olei minuetur, usque in diem, in qua Dominus datus est pluviam,* 3. Reg. 18. num. 14. Unde Propheta qui tam rigidus, & rigorosus erat aliis, ita mulieri se exhibet, 3. Reg. 18.

52.

Magna sunt, non majestate, sed benignitate.

Exod. 33.

Lex Christi ad omnes virtutes perducit.

53.

Exod. 20.

54. Luc. 6.

Benedictiones virtutes supplicii præcaventur peccata.

55.

3. Reg. 18.

4. Reg. 1.

bet 3. Reg. 18.